



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 17. Cæsaris Oratio ad Congregatos Principes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

**Sæc. XVI.****A.C. 1555**

„liæ Regi, jus, possessionemque Belgii,  
 „Burgundiæque ex animi Sententia  
 „tradit.,“

## §. XVII.

*Cæsaris oratio ad Congregatos  
Principes.*

**Strada l. c.****f. 5. l. 1.****Vera p. 292.**

Philiberto ita perorante, Cæsar codi-  
 cem in manu sua tenens, humeris-  
 que Guilielmi Arausisionensis Principis  
 innixus Philibertum interpellat, suum-  
 que ipsus ad congregatos Sermonem  
 convertens, præprimis Gallica linqua  
 protulit ea, quæ a septimo decimo æta-  
 tis suæ anno ad eam usque diem per-  
 egerat, ac præcipue recensebat expe-  
 ditiones, profectionesque novem in Ger-  
 maniam, sex in Hispaniam, septem  
 in Italiam, quatuor in Gallias, decem  
 in Belgium, duas in Angliam, totidem-  
 que in Africam, mari undecies remenso;  
 insuper bella, paces, fœdera, victorias  
 enucleate singula, magnificeque, ac  
 minus arroganter, aut superbe ennarra-  
 bat, hisque ista addebat: „meis in ope-  
 „ribus non alium mihi finem proposui,  
 „quam Religionis, & Imperii tutelam,  
 „id ipsum autem dum per valetudinem  
 „licuit, ita Deo Duce præstiti, ut Ca-  
 „rolum hactenus vixisse, & imperasse  
 „nulos nisi hostes pœnitere poslit: jam  
 „vero quando vires, ac propemedium  
 vita

Sæcul. XVI.

A.C. 1555.

„vita deficiunt, non præfero domj-  
 „nandi amorem meorum saluti. Porro  
 „sola jam Lutheri hærefis æque, ac  
 „illius fautores, necnon quorumdam  
 „Principum Catholicorum invidiæ regni  
 „mei tranquillitatem aliquamdiu inter-  
 „turbabant, quapropter non in omni-  
 „bus meis consiliis prosperum consequi  
 „exitum, nec semper id, quod bene  
 „proposui, exequi poteram, & quam-  
 „vis totius Regiminis mei ratio non nisi  
 „longa laborum series fuerit, nil tamen  
 „magis molestum mihi accidit, quam  
 „illa rerum vicissitudo, ob quam coa-  
 „ctum me senseram, ut pro Religionis  
 „augmento laborare desisterem: nunc  
 „ergo animi mei tranquillitatem in rem  
 „meam vertere, ac consilium, quod ce-  
 „peram, opportune executioni dare  
 „cogito.. Itaque pro sene membris ca-  
 pto, ac magna parte præsepulso, validum  
 juventa, expperctique vigoris, ac virtutis  
 Principem substituo. Vos autem rogo, ut  
 eidem obedientiam præstetis, simulque inter  
 vos concordiam, atque in Orthodoxa Reli-  
 gione constantiam sedulo servetis, nec non  
 mihi, si quid in ea cura peccatum fuerit,  
 benigne condonetis. Ego certe vestræ fidei,  
 obsequiique semper ero memor apud Deum, cui  
 uni victurus sum per paucos illos dies, qui  
 supererunt.

O 4

§. XVIII.